



**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

Mayer, Christian

Coloniæ Agrippinæ, 1635

38. De Magnanimitate

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](#)

III. Incitamenta. 1. Quod Christus nos ad exercitium huius virtutis verbis excitet: *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere.*

2. Exemplō suo, & tot millium Martyrum, in quibus ipse mortem, mundum & diabolum triumphauit, ad idem inflammeret.

3. Promissis insuper æternæ vitæ inuitet: *Qui perdiderit animam suam propter me, inueniet eam.* Feruor in hac Christiana fortitudine proficiendi.

xxxviii.

De Magnanimitate.

I. **E**xpende quid sit & quomodo exercenda. Magnanitas est virtus, qua magna, & honorifica opera ob finem virtutis aggrediens honorem non ambit, & oblatum contemnit. Vel; Est virtus in omni genere virtutum inclinans ad opera magna & heroica, consentanea animo magno, magna gratia adiuto, magnis premijs illectio: cui opponitur prædientia cum ambitione & inani gloria, & pusillanimitas. Hæc sic potest exerceri, quoad actus quidē internos. 1. Desiderando cum Dei gratia ad supremum gradum triplicis perfectiōnis.

nis aspirare , per media quantumuis
ardua:nec mediocri perfectione esse
contentum, sed in omni genere mor-
tificationis & virtutis per actus heroi-
cos ad summam perfectionem contē-
dere. 2. Statuendo neque minis, neque
præmijs, neque fauore hominum, ne-
que alijs difficultatibus dinoueri se
finere à recto eximiæ virtutis & per-
fectionis tramite. 3. Volendo in his
omnibus solam Dei gloriam, obsequi-
um, beneplacitum , & verum æternū-
que in cælo honorem spectare, huma-
nos verò honores non appetere , nec
eos nisi coactè ad Dei gloriam , & ob
meritū obedientiæ suscipere. Quoad
actus verò externos hęc tria re ipsa pre-
stare conando: Idque purè, intēse, con-
stante , insatiabiliter more consueto.
His consideratis, prædicta desideria
elicienda.

II. Quām eminenter hęc Magnani-
mitas resplenduerit in B. Virgine, quæ
semper contendebat summè Deo pla-
cere eximia vitæ sanctitate: inaximè
ardua facere & pati amore dilecti in-
finito amore dignissimi: idque gratis
ex purissimo dilectionis affectu, non
vlo alio intuitu: Quantò eminentius
in Christo, qui in omnibus, quæ cogi-

Hhh 7 taurit,

stus:
ver-
occ-
toc-
Mar-
un-
d i-
in-
pro-
hac-
ex-
us,
nem
, C
no-
vera-
imo
gnis
efi-
lo-
test
os.
su-
io-
nis.

rauit, voluit, dixit, fecit, passus est,
hanc exercuit, cum in his omnibus
perfectissimè semper honorem & be-
neplacitum æterni Patris spectaret,
summè ei semper placere contenderit,
plura & magis ardua semper facere &
pati desiderarit! Zelus imitandi.

I. Incitamenta, 1. Quod Deus
magnanimos, magna amore sui mo-
lientes, humanos fauores & caduces
honores contemnentes, mirificè in
hae vita soleant magnis consolati-
onibus, fauoribus, gratijs cumu-
lare.

2. In hora mortis magnam ijs in se cō-
fidentiam & moriendi securitatem
tribuere.

3. In altera vita magnis gloriæ præroga-
tiuis remunerare. Feruor in hac mar-
gnanimitate proficiendi.

*De Patientia & longanimitatis condi-
tionibus, gradibus, fundamen-
tis.*

xxxix.

I. E xpende patientiam (que quatenus
longanimitatem includit, est virtus
inclinans ad mala huius facili aquani-
miter, longo etiam tempore toleranda, eo-
rumque remedia diu dilata, à Domino
lon-